4

QUARTA RELAZIONE

Di quello che si trattò

NELLA CONGREGAZIONE PRESINODALE

Di Venerdì prossimo 11. di Maggio 1725.

Per la quinta Sessione solenne

DEL CONCILIO ROMANO,

Aggiuntovi la nuova Constituzione circa li Clerici, che godono Beneficj Ecclesiastici, e non portano l'abito Clericale.





In Napoli per Francesco Ricciardo 1725.

CON PRIVILEGIO.

* In questo Sinodo § le monache si rinova la costituzione di Clem. VIII de Largizione munerum: e si accenna la lettera circolare pubblicata d'ordine di Clem. XI dalla Congr. de vescovi e Regolari, con cui si comanda alle monache ● le esercitare i loro uffizj, no a loro spese particolari, ma della communità degli stessi monasterj — e la lettera è posta nell'Appendice del d.o concilio Romano a c. 257. nu: XX. —

AD TIT. De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

Cap. I. Si ordina pubblicazione della Costituzione *Unigenitus* della felice memoria di Clemente XI. contra le Proposizioni di Quesnellio: e se ne inculca la osservanza, e la dovuta obbedienza.

AD TIT. de Regularibus.

Cap. I. Per le educande, che si ammettono ne' Monisteri di Monache, si incarica a Vescovi la esecuzione di quanto si prescrive nella licenza, che ne spedisce la Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari; e s'inculca alle medesime Educande la modestia del vestire fra le Religiose.

AD TIT. de fide Instrumentorum.

Cap. I. Si ordina il Registro dell'Archivij di tutte le Chiese, e Luoghi Pij; e precisamente degli Archivij Vescovili, prescrivendosi la norma delle Scritture, che devono

 vono

L'ha stabilito anche Mons. Illmo Mari- condo nel Sinodo di Triviso del 1727. & forse la scrittura, al Tit. I. capo II.

vono contenere, e la maniera, come devono queſte cuſtodirſi in tempo di Sede vacante.

AD TIT. De Celebratione Miſſarum.

Cap.I. Si eſtende a favore de' Veſcovi, ed Abbati eſenti, che ſono intervenuti perſonalmente al preſente Concilio, la facoltà di ridurre nelle loro Dioceſi il numero delle Meſſe, giuſtà la maniera, ultimamente conceduta dalla S. Sede a' Superiori di alcuni Ordini Regolari.

Cap.II. Si rinuova per le Muſiche nelle Chieſe l' Editto della felice memoria di Aleſandro VII., e ſi proibiſce il ſonarſi * l'Organo, ò altro iſtrumento muſicale nelle Meſſe de' Defunti, ed in tutto il tempo dell'Avvento, e della Quareſima, eccetto le Feſte; e le due Domeniche, terza dell'Avvento, e quarta di Quareſima, ne' quali due giorni, può ſonarſi ſolamente nella Meſſa Conventuale.

Cap.III. Si preſcrive, che nelle Proceſ- ſioni

* Have ordinato lo stesso Mons. Maricond[a] nel lodato Sinodo di Trivento 1727. Tit: XX. cap: XV. =

ſioni ſolenni del Santiſſimo Sagramento ſi portino con candele acceſe, almeno quattro Lanternoni preſſo al Celebrante; affinchè, accadendo all' improviſo qualche impeto di Pioggia, o di vento, il Santiſſimo non rimanga ſenza lumi.

Cap.IV. Per la inſtruzzione degl'Eccleſiaſtici nella oſſervanza, e pratica regolata de' Sagri Riti, e nelle materie morali, appartenenti al Sagramento della Penitenza, ſi inſtituiſca da' Veſcovi, almeno per quattro volte al meſe la Congregazione, dove debbano intervenire tutti gl' Eccleſiaſtici medeſimi coſtituiti *in Sacris*, e preciſamente i Parrochi, e Confeſſori, anche Regolari; la qual Congregazione dovrà farſi giuſta il metodo, che ſi darà nell' Apendice.

AD TIT. De Baptiſmo.

Cap. unic. Che ne' Batteſimi degl' Adulti, debba darſi loro à ſuo tempo l'abito, o ſia la Veſte bianca, e non farli così veſtire da principio.

TIT. De Sepulturis.

Cap. unic. Che ſicome, giuſta il Ceremoniale de' Veſcovi, deve ogn'anno celebrarſi nelle Cattedrali, e nelle Chieſe di ciaſcuna Dioceſi, l'Anniverſario dell' ultimo Veſcovo defunto, del che ſe ne inculca l'oſſervanza; così conviene, che dell' ultimo defunto Sommo Pontefice Romano, oltre all' Eſequie ſolenni, che ſe gli fanno da' Signori Cardinali Creature, ſi celebri anche l'Anniverſario proprio almeno nelle Chieſe Patriarcali, Collegiate, e Parrochiali di Roma.

TIT. De Magiſtris.

Cap. unic. Si raccorda, e ſi incarica a' Veſcovi la oſſervanza del Decreto del Concilio di Trento intorno al buon governo de' Seminarij, dove ſono eretti; ed in oltre la fondazione de' medeſimi, dove per anche, giuſta gl'ordini del medeſimo Sagro Concilio, non ſono ſtati fondati.

Sanctissimi Domini Nostri

D. BENEDICTI

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

Qua Locorum Ordinariis norma præscribitur coercendi Clericos Beneficiatos in habitu laicali incedentes, eosdemque Clericos teneri sub mortali ad restitutionem fructuum perceptorum decernitur, & declaratur, cum aliis ordinationibus.

BENEDICTUS
EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam,

CONSTITUTIO.

CAtholicæ Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, præsidentes, eò potissimum Apostolicæ vigilantiæ studia dirigenda esse arbitramur, ut qui in sortem Domini vocati sunt, Ecclesiasticæque Militiæ nomen dederunt, ubique irreprehensibiles inveniantur. Maximè siquidem ipsos decet vitam, moresque suos omnes ita componere, ut habitu, gestu, incessu, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præseferant. Quocirca Clericos quoscumque, præsertim verò Beneficia Ecclesiastica obtinentes, teneri Vestes honestas, & proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant, & si secus fecerint, etiam pœnâ privationis Beneficiorum plectendos esse, Sacræ Tridentinæ Synodi Decretis, pluribusque Romanorum Ponti-

ficum

ficum Prædeceſſorum Noſtrorum ſan-ctionibus ; providè, atque ſalubriter cautum eſt.

Cum itaque, ſicut non ſine maximo animi Noſtri mœrore, imò etiam horrore, percepimus, quorumdam Clericorum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium audacia, & temeritas hodie eò uſque proceſſerit, ut in dedecus Ordinis Clericalis, Sacrorum Canonum contemptum, magnamque Animarum ſuarum perniciem incedere in habitu laicali minimè vereantur; Nos graviſſimo huic abuſui, & Chriſtifidelium offenſioni pro Paſtoralis Officii debito, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunà conſulere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot inſuper dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quos ad id ſpecialiter deputavimus, conſilio, ac etiam Motu proprio, ex certà ſcientià, & maturà deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac Noſtrà perpetuò valiturà Conſtitutione

de-

decernimus, statuimus, & mandamus; quod Ordinarii locorum, ubi sita sunt Beneficia ejusmodi Clericorum Vestes laicales deferentium impudentiam canonicis remediis omnino coerceant, & hunc in finem non modò possint, sed etiam debeant contra ipsos procedere per citationes domi dimissà copià, quatenùs domicilium habeant in eorum respectivè Diœcesi: sin minùs per citationes ad valvas: Jurisque ordine cæteroquin servato sententiam declaratoriam privationis obtentorum Beneficiorum in ipsos ferre, & pronunciare, ita tamen ut eadem Beneficia juxtà Constitutionem fel. recor. Sixti V. Prædecessoris Nostri incipientem: *Cum Sacrosanctam*. Nostræ, ac Romani Pontificis pro tempore existentis collationi, provisioni, ac omnimodæ dispositioni reserventur, & reservata censeantur.

Præterea volumus, statuimus, & declaramus prædictis Clericis Beneficiatis in habitu laicali incedentibus minimè licere percipere, nec facere suos fructus, & proventus quoscumque suorum Benefi-

cio-

ciorum cujuſcumque generis, ſpeciei, qualitatis, & valoris exiſtant: quin etiam expreſsè decernimus,& ſancimus ejuſmodi Beneficiatos ex mero facto inceſſus in habitu laicali, quamvis nulla præceſſerit Ordinariorum ſententia declaratoria privationis Beneficiorum,quæ obtinent,imo etiam ſi nulla citatio, monitio, vel alius judicialis actus in eos fuerit inſtitutus, ipſo jure amiſſionis, & privationis fructuum prædictorum pœnam incurrere, itaùt illos nullo modo percipere, nec perceptos retinere, vel facere ſuos poſſint: ſed ipſos abſque ulla prorſus diminutione ad commodum fabricæ Eccleſiarum, in quibus erecta ſunt Beneficia, illicò ſub pœnà lethalis culpæ reſtituere teneantur; à qua quidem reſtitutionis obligatione à nemine,præterquam à Nobis,& à Romano Pontifice pro tempore exiſtente (ſublata cæteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Officio, & Majori Pœnitenziario condonandi facultate) eos abſolvi, & liberari poſſe volumus, præcipimus, & mandamus.

De-

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, & efficacia existere, ac fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis vis præeminentià, & potestate fungentes, & functuros, sublatà eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane; si quid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrà, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo; necnon

Con-

Cõſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Statutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicà, vel quavis alià firmitate roboratis: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcũque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficaciĕtibus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam motu, ſcientià, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam Conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpecia-

ciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris; ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes Literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in

Ec-

Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, sexto Non. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

P.M.Card.Prodatarius.

F. Card. Oliverius

VISA DE CURIA I.C. ARCHIEPISC. AMASENUS.

Loco ✝ Plumbi. L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Millesimo

simo septingesimo vigesimo quinto, Indictione tertia, die verò 2. mensis Maii, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & D. N. D. BENEDICTI Divina Providentia Papæ XIII. Anno primo, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis per me Bartholomæum de Camillis Apostolicum Cursorem.

Antonius Pelliccia Mag. Curs.